

Psalmus CI

Diui Aurelij Augustini hipponensis episcopi: de psalmo. CI. Tractat⁹ incipit.

Sermo primus: de ꝓma par te psalmi.

A Ece vnus pauper orat: & nō orat in silentio. Licet ergo audire eū: et videre quis nam sit. Ne forte ille sit: de quo dicit apostol⁹: Qui ꝓpter vos pauper factus est cum diues esset: vt illius paupertate vos ditaremini. Si ergo ipse est: quomō paup: Mā quomō diues: quis nō videt: Unde enim homines sunt diuites: Puto auro: argento: familia: terra: sed omnia per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius: p quē facte sunt diuitie: illę etiā q̄ nō sunt vere diuitię: Per illū eñ & ille diuitię: ingeniū: memoria: mores: vita: ipsi⁹ corpis sanitas: sensus: cōfirmatio q̄ membrorū. Etenim cum hęc salua sunt: & pauperes diuites sunt: Per illum & ille maiores diuitię: fides: pietas: iusticia: charitas: castitas: mores boni. Nemo eñ & has habet: nisi p eum qui iustificat impiū. Ecce q̄ diues. Quis eñ magis diues: qui habet q̄ vult alio facięte: an qui facit q̄ vult & alio habęte: Puto quia ditior ille: qui fecit q̄ habes. Quia q̄ ille habet: tu non habes. Ecce q̄ diues. In hoc tam diuite vnde agnituri sum⁹ hęc verba: Cinerē sicut panem māducaui: et potum meū cum fletu miscebā: Unde ille: Buccine illę tante diuitię puenerunt: Vultum illud excelsum: multū hoc abiectū: Quid faciemus: Quēadmodum ista tma illis summis cōtemperabimus: Nimis abinuicem longe sunt. Nondū agnosco istū pauperē. Alius est fortasse: Sed adhuc quęramus. Unde eñ nobis non videt ipse: Mirū si interrogas: & nō expauescis diuitias. In ꝓncipio erat verbū: & verbū erat apud deum: et deus erat verbū: Hoc erat in ꝓncipio apud deum: Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil. Qui ista dixit: cū diceret: diues erat: quāto magis ille de quo dicebat: In ꝓncipio erat verbū. Et verbū caro factum est: & habitauit in nobis. Respice & illam vocē: Ego seruus tuus: et filius ancille tuę. Attende ancillā istam castā: et virginem: et matrem. Ibi enim accepit paupertatē nostrā: vbi serui formā indutus est: semetipsum exinaniens: ne diuitias eius expaueseceres: et ad eū accedere cū tua mēdicitate non auderes. Ibi accepit inch̄ formā serui. Ibi nostra indutus est pauptate. Ibi se pauperauit. Ibi nos ditauit. Jam ergo ꝓpinquamus de illo hęc intelligere. Verūtamē adhuc temere nō est prōnūciandū. Partus virginis est lapis sine manib⁹ de monte ꝓcisus: vbi nullus hominū opatus est: nulla transfusa cōcupiscentia: sed sola fides accensa: & verbi caro accepta. Deinde ꝓcessit ex vtero. Locuti sūt cęli. Angeli pastoribus nunciauerūt. Stella ad adorandū regē magos traxit. Symeon implet⁹ spiritu sancto infantē deū in matris manibus agnouit. Accessit ętas: nō diuinitati sed carni. Horret: mirāturq̄ sapientiā dei pueri duodēnis: impiti senes. Aut etiā si periti senes: quid illoꝝ peritia ad verbū dei: Quid illorum peritia ad sapientiā dei: Mōne & periti: nisi illo subueniente: vticq̄ periturī: Crescit adhuc ętate corporis: venit ad fluuiū baptizandus. Baptizator deum agnoscit: indignū se soluendę calciamēti cōfitet. Jā inde: Cęci illuminant: Surdis aperiūt audit⁹: Loquunt muti: Mūdant lepros: Stringunt paralytici: Cōualescunt languidi: Resurgunt mortui. Jam quidē in verbi illius p quod facta sunt omnia cōparatione: diuitiarū agnosco paupertatē: sed q̄longe adhuc a cinere & fletu cum potu. Adhuc timeo dicere ipse est: & tamē volo. Sūt enim hic quę me cogāt velle: & rursus quędā q̄ me cogant timere. Ipse est: & nō est. Ipse iam in forma serui est: iā mortalem fragilēq̄ carnem portat: iam moriturus aduenit: & tamē nōdum intelligit in hac egestate. Cinerē sicut panē manducaui: & potū meū cum fletu miscebam. Addat ergo pauperatē pauptati: & transfiguret in se corp⁹ humilitatis nostrę. Sit caput nostrū: simus membra eius: sint duo in carne vna. Jam eñ vt ꝓmitus pauper esset: formā serui accipiens: dimittat et matrē: & adhęreat vxori sue: & sint duo in carne vna. Ita enim erunt duo & in voce vna: & in illa vna voce iam nō mirabimur nostrā vocē. Cinerem sicut panē māducaui: & potum meū cum fletu miscebā. Dignatus est eñ habere nos membra. Sunt & pœnitentes in membris eius. Nō enim excluſi & separati sunt ab ecclesia eius. Nec oīno sibi adiungeret cōiugem: nisi illa voce: Agite pœnitentiā: appropinquabit enim regnū cęlorū. Jam ergo audiamus quid ozet caput & corpus: sponsus & sponsa: christ⁹ & ecclesia vtriq̄ vnus. Sed verbū & caro non vtriq̄ vnum. Pater & verbū vtriq̄ vnum: christus & ecclesia vtriq̄ vn⁹. Unus quidē vir pfectus in forma plenitudinis suę: donec occurramus omnes i vnitatem fidei: in agnitionem filij dei in virum perfectū: in mensuram ętatis plenitudinis christi. Sed donec occurram⁹: agit hic paupertas nostra: agitur hic adhuc labor & gemitus. Gratias misericordię ipsius. Unde illi labor: vñ illi gemitus verbo: p quod facta sunt omnia: Si dignatus est habere mortē nostrā: nō nobis dabit vitā suam: In magnā spem erexit: cum magna spe gemimus. Gemitus habet tristiciam. Sed est gemit⁹ qui habet et gaudiū. Ego puto saram sterilem lgram gemuisse: cum pareret. Et nos dicamus: A timore tuo cōcepimus et parturiuimus spiritū salutis. Audiamus ergo christū pauperē in nobis: & nobiscū: & propter nos. Titulus eñ ipse iudicat pauperē. Postremo putate me suspicatum: quis nam sit iste pauper. Oratiōnē audiamus: & psonam agnoscam⁹: nec vbi erres: quādo audieris aliquid q̄ coaptari capiti illius non possit. Ideo ꝓlocutus sum: vt si quid tale audieris: ex infirmitate corporis aduertas sonare: et vocem membrorū agnoscas in capite. Oratio inopis: hoc habet titulus: cum angeret: & in cōspectu domini effudit precem suā. Ipse ille paup est qui alibi dicit: A finibus terre ad te clamaui: cum angeret cor meū. Iste ipse pauper est: quia idem ipse christus est: qui se apud ꝓphetam: & sponsum dixit: & spōsam. Sicut sponso alligauit mihi mitrā: & sicut sponsam induit me ornamento. Se dixit

A

B

2. Cor. 8.

Roma. 4.

Ps. 30].

Job. j.

Ibidem.

Ps. jj5.

Phil. 2.

C

Daniel. 2.

Luce. 2.

Matth. 2.

Luce. 2.

Ibidem.

Job.

Phi

Luc

Epi

Jo

Ep

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-264/0490
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG